

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1119

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

gum est. quicumque autem hanc traditionem infringere vel irritam facere studuerit, auctoritate beati Petri apostoli et omnium sanctorum et nostra eum anathemati subicimus.

Acta sunt hæc Argentine anno dominice incarnationis 1119, Heinricho imperatore quarto augusto regnante.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2708 or. mb. c. sig. int. subt. impr. delapso.

Gedruckt aus dem lib. sal. 1347 bei Würdtwein Nova subs. dipl. VII, 29 nr. 13 = Grandidier Hist. d'Als. II, 234 nr. 581 i. Auszug.

74. Kaiser Heinrich V beschränkt die Abgabe des Bannweins, die der bischöfliche Fiscus bisher von Ostern an bis Mariæ Geburt von den Straßburger Bürgern erhob, auf die Dauer von 6 Wochen. [1119 Straßburg.]

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus quartus Romanorum imperator augustus. sicut deo disponente preesse constitutum est, ita indesinenter et prodesse pro re et tempore divina institutione amonemur. quapropter communi principum consilio et hortatu jus civile et omnibus commune, quod tot annis odiosa questus diligencia Argentinensibus subtractum esse conspeximus, lacrimabili omnium rogatu sanctiori et ut putamus clemenciori consideracione restituimus. dampnum vero et jus consuetudinarium, non autem legitimum et jugum Argentinensibus civibus inique et quasi quadam tyrannide aliquando impositum, sed a bone memorie Ottone predictorum civium episcopo aliquantulum levigatum, sub quo vini venditio a die sancte pasche usque in nativatem sancte Marie per totam civitatem fiscum episcopalem respexerat, ita ut ab una quaque venalis vini carrada due situle, quod nos teutonice amam vocamus, fisco episcopali persolverent, et divine remuneracionis respectu et predictorum civium petitione absolvimus, absolvendo deinceps condonavimus, condonando regali nostra auctoritate firmavimus exceptis sex ebdomadibus, quas episcopali fisco sub priori institutione reliquimus. hanc ergo cartam, si quis, quod non spero, infringere presumpserit, libras auri purissimi centum regali scrinio componat. quod ut firmum et inconvulsum omni permaneat evo, hanc cartam inde conscribi testesque subscribi et sigilli nostri impressione jussimus insigniri. hujus autem regie tradicionis testes idoneos infra notavimus. sunt autem isti: Cuno episcopus Argentinensis, Udalricus^a episcopus Eychstettensis¹, Rudolphus episcopus Basiliensis², Landolfus Cumanus³, Gerhardus^b episcopus Mersiburgensis⁴, dux Fridericus, frater ejus Conradus⁵, comes palatinus Gothefridus⁶, comes Adelbero, Heinrichus advocatus, Bruno cancellarius Argentinensis ecclesie prepositus, Burchart

Sept. 8

35 a) Schöpflin om. b) Schöpflin om.

¹ Udalrich Bischof von Eichstädt, 1112—1125.

² Rudolf Bischof von Basel, 1107—1122.

³ Landolf Bischof von Como seit 1094.

⁴ Gerhard Bischof von Merseburg, 1112—1120.

40 ⁵ Nachmals König Conrad III.

⁶ Gottfried von Calw Pfalzgraf bei Rhein, gest. 1131. Vergl. Stälin Wirtemb. Gesch. II, 369 ff.